

hereticus et aliis sceleribus implicitus... Septimus testis est falsus apertissime qui allegat contestem qui contrarium deponit et attestatur in favorem rev. cardinalis asserens quod nihil hereticum cum eo fuit loquutus... Octavus testis est fr. Reginaldus¹ qui deponit in favorem rev^{mi} cardinalis et cum inductus sit a fisco eius dicta sunt admodum attendenda». Il nono testimonio, l'*episcopus Bellicastren.* [Giac. Giacomelli], è sospetto «eo quia cardinalis dum preesset gymnasio curabit eidem testi annuum pensionem minui»; c'è stata quindi «causa odii et ubi est causa odii et inimicitiae sufficit ad repellendum testem... Sed etiam repellendus est quia est sibi contrarius quia in primo suo examine profitetur cardinalem hereticum in articulo de libero arbitrio et tamen in alio examine dixit nescire an id profiteretur disputative vel ne et sic non concludit ad heresim quae requirit pertinaciam. Et eo minus fides huic testi adhibenda est quo ipse allegat contestem episcopum Civitatis Castellanae [Scipione Bongalli] qui contrarium affirmat, ut merito excludatur omnis eius fides, et etiam dictum suum revocavit».

116-117. Parere di Ant. Massa a favore dell'ammissione di Morone al conclave.

118. Brevis informatio processus (cancellata).

119-135. Brevis informatio status causae et processus per offitium s. inquisitionis contra rev. d. Card. Moronum agitati. «Apparet ex ipso processu f. 31 quod papa Paulus IV statim factus papa sub die 26 iunii 1555 expedivit breve commissariatus, cuius vigore commissarius deputatus circumvit diversas Italiae civitates querendo testes pro informatione processus faciendi, et sic sumus in claro quod non precedebat aliqua infamatio neque erant aliqua inditia precedentia inquisitionem prout de iure precedere debent ut processus valeat atque hinc sequitur quod totus processus nihil valet nullaque est consideratione dignus, nec quicquam faciunt duo testes informativi positi ante dictum fol. 31, quorum unus est Bonifatius Valentinus Mutin., alter Laurentius Davidicus, quia non habent prenotatum diem quo fuerunt examinati et sumus certi quod fuerunt examinati dudum post dictum diem 26 iunii 1555 et eorum dicta fortasse per errorem notarii fuerunt posita in principio processus et omnino nihil probant, nam ultra quod ambo sunt capitales inimici p^{ti} rev^{mi} d. cardinalis prout fuit pro eius parte allegatum quando dedit interrogatoria et postea in articulis deductum, preterea ambo sunt heretici et propter multa alia scelera infames et omnino ex eorum dictis nihil concluditur...

Et sic habemus pro claro et indubitato quod processus inchoatus fuit non precedentibus inditiis neque infamia. Sequitur deinde carceratio non minus nulla quam iniusta et inimico animo dicti Pauli pape facta quia, ultra quod facta est iuris ordine ut praecipitur non servato, preterea non apparet cuius mandato facta fuerit, cum causa nondum haberet iudicem; nam die XI iunii 1557, ut patet fol. 309, presentatus fuit motus proprius per quem papa

¹ Vedi BUSCHBELL 99.